



XVII.

CORNELIVS ALVETA-
NVS ARNSRODIVS DE CONFI-
CIENDO DIVINO ELIXIRE
SIVE LAPIDE PHILOSOPHICO,

DEO OPTIMO MAXIMO
TRINO ET VNO SACRVM.

SERENISSIMÆ AC CLEMEN-
TISSIMÆ ELIZABETHÆ, ANGLIÆ,
FRANCIÆ ET HYBERNIÆ REGI-
næ, &c, Principi in omni fortuna mode-
ratissimæ, fortissimæque hu-
milimè.

PRIMUM OLEVM.

IN nomine Sancti Dei primo oleo sumo.

Salis libras 30.

Tartari optimi libras 30.

*Salis cinerum ligni quercini, aut fagi, vel sarmentorum
vitis libras 5.*

Salis calcis vti & tantundem, scilicet libras 5.

Sulphuris libras 10.

Hæc sigillatim contundo & cribro tandem diligenter com-
misceo, tum per partes æquas divido, diversisque ollis vi-
treis, aut vitreatis partes impono, quibus mox in fundo aceti
acerrimi quantum video necesse fore, ponoque meas ollas ad
ignem lentum ut paululum ferveant, moveoque materiam
ut magis penetret aceti acrimonia, salemque extrahat purio-
rem & plane aëreum. Vbi ergo aliquantulum, per semi ho-
ram scilicet, bulierit, sino quiescere materiam, ut residuum
5. Vol. M m m faciat,